

IN ACT. APOST. CAP. I.

nde satisfaciunt. Vtiam excederentur tam ad perficiendum studium pie-
tatis quam diueantur ad co-ⁿtationis & rituarum materiam. c. Satis ergo
superque sapientis quisquis tunc sub his magistris proficerit. Et certe cum diui-
nitus nobis ordinari fuerint testes, sicuti fideli sunt suis parti-
bus, ita nostrum est vicissim ab eorum testimonio totos pendere, nec plus
apparet quod ab illis proditum est: praeferimus quod eorum calamitatem
Dei praesentia gubernati fuerint, ne immodica rerum congerie nos one-
rarent, & tamen delectu habitu traherent quantum expedire nouerat qui
solus sapiens est, & fons unicus sapientia Deus. a. Sed ut hi annotationibus
in Ioannem extremam manum imponamus, b. obseruemus hic no-
bis describi & vere exhiberi servatorem nostrum Dominum Iesum Chri-
stum, verum illum & naturalem Dei Filium, Patri consubstantialem & co-
equalem in omnibus: in fine autem temporum, iuxta Propheticorum fi-
dem oraculorum, incarnatum pro nobis, passum, vere mortuum, & ex mor-

tuis resuscitatum, factumque rerum omnium regem ac dominum. Hic
quum sit designatus, nobisque datus a Deo Patria plenitudo omnis gratiae
& veritatis, agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi, scela ac ianua coeli,
serpens exaltatus, qui venenum reddit innoxium, aqua fluentes reficiens,
Filius Patri nos reconcilians, panis vita, lux mundi, pastor ovi, ostium,
resurrectio & vita, granum frumenti renascens, victor principis huius mun-
di, exempli vita, via, veritas & vita, vitis vita & frugifera: denique redemptio,
salus, satisfactio & iustitia omnium fidelium in toto orbe: a. gratias agamus
Deo & Patri ipsius Domini nostri Iesu Christi, qui proprio Filio non precep-
tit, sed pro nobis tradidit illum ut nos redimeret ab omni iniquitate &
mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum: vi iam
Christi sanguine de manu inimicorum nostrorum liberati, seruamus Deo
in sanctitate & iustitia eternam ipso, omnibus diebus nostris. Ipsi gloria &
imperium in secula, Amen.

IN ACTA APOSTOLORVM CA-
THOLICA EXPOSITIO ECCLESIA-
STICA.

Auctorum nomina qui in commentariis in Acta Apostolorum citantur.

a. Bulingetus, b. Brentius, c. Caluinus, d. Paraphrastes, e. Erasmus Sacerdotes, f. Iustus Ionas, g. Ioannes Spang.
h. Pomeranus, i. Marlotatus.

ARGUMENTVM.

Ist. IERI hic ideo appellatur Acta Apostolorum quod in eo descripta continentur res gestae Apostolorum, quas non suis quidem vitibus sed virtute Domini nostri Iesu Christi gesserunt. Ideoq; Christi quam Apostolorum Acta rectius appellari possunt. I. Bisariam enim in historiis Evangelicis Christus nobis proponitur. Primum formis imbecillis, David secundum carnem, nostra maledictionem & misericordiam, motuus pro peccatis nostris in infirmitate. Secundo rediuius ex mortuis & regnans in virtute Dei, 1. Cor. 15. b. 4. s. in qua uero au-tem voluminib; quae scripserunt Euangeliste, depingunt nobis Christum ultra se adiungentem peccatorib; sponte subuenientem & grotis, variis infirmitatibus, circumdatum, & pro nobis damnatum: nisi quod uno assensu resurrectionis historiam & ascensionem ad Patrem breui-ter perfrinxerant. Hoc vero in primis libro describitur Christus victoria peccati, mortis & inferni, s. sublatu in celum, exaltatus & glorificatus, I. & vt Apostolus dicit declaratus Filius Dei post enter, Rom. 1. 2. 4. datus a Deo caput Ecclesie, Eph. 1. d. 2. efficaciter operatus in totum suum corpus Ecclesiam, & robustus ac Spiritum suum illi communicans, sollicitus pro ea, & nusquam nos presi, ns omnibus membris, id est credentibus, a. Sane totam pietatis sumnam in hac breui historia comprehensam videmus. Audiemus enim quae fuerit Ecclesia & infanta, qui auctor, quae Ecclesia iusta facies, quae doctrina Apostolorum, qui veteris Ecclesia ritus, quae studia, quae religio, fides, doctrinaque vera vel falsa, verus vel nequa, qui veti vel falsi doctores, qualia utrorumque in-geania, quae artes, qui mores, item qualia sunt mundi studia, quales persequuntur animi successus, qualia sunt fata. Breuerit, c. regni Christi initium & quasi mandato iunctio hic depingitur. Tamen si enim Filius Dei priusquam in mundo migra, et iam sua præfiguratione aliquam Ecclesiam collegerat: vere ramen-derum rurc exire coepit. Legitur Christiana Ecclesia forma quum Apostoli noua vi tute instructi illum in cum Pastorem & mortuum & a mortuis ex-erantur, ut eis a picis in unum ouile coalescerent omnes qui prius vagi & dissipati fuerant. Ergo a Christi ascensione nobis Ecclesia & origo & processus hic recesserunt, & quicquid ad salutem cognitionem & ad pietatem excolendam necessarium est, quicquid a primatu Apostolis Petro ac Paulo in primis vel egregie dictum, vel sapienter & pie factum est, id ab aliis & plene hoc libro traditum est. R. Cuius scriptorem & authorem constat fuisse Lucam Evangelistam natione Syrum, vt quidam volunt, patrem Antiochenum amorem & testis in primis virum, a cuius auctoritas tanto nobis commenda-atur, quanto magis ac magno illo Apostolo Paulo multa didicunt, & retum gestarum quae hic describuntur, magna ex parte oculatus testis fuit. I. Hoc autem historie scribendae occasio fuit procul dubio hæc: Preuidit Spiritus Dei venturos quosdam pseudoprophetas, qui ex Ecclesia, quae est regnum Christi & fidei in Spiritu uiuis facerent hominem quodam & politican administrationem, quae legib; & hominum constitutionibus regi posset, & iusti-
tiam carnalem operum: vt just habentur & Christiani qui foris bona opere faciunt. Preuidit hæc mox post Apostolorum tempus ingressuros quosdam Anachoritos, (i. Ioan. 2. c. 18) qui ex hominibus caput Ecclesie constituerent: a. & pro pastoribus lupi graues in Ecclesiam ingredierentur, regni non parientes: quemadmodum moneret ipse Paulus infra, 20. f. 29. I. Proinde hic verum caput vere Ecclesie constituit Christus quidem sublatu, sed tamen præ-
sens pisa afflictionibus, tam potenter regnans in terra, vt satis appareat vendicos fuisse Prophetas, qui tam claris verbis de Regno Messiae in terra vinci-
natur, vt si agnoscas Christum & credentes es unum esse corpus, quod uno vegetetur & alatur Spiritu: vt quemadmodum contra caput nihil possunt por-
te inferita & nihil contra corpus seu membra, id est, credentes. Sunt igitur in hac historia efficacissima exempla fidei & consolationis Euangelie, c. quod sic
fuerit Ecclesia sciam Deus olim tot modis afflictam & oppresam m. t. abiliter seruavit, ita nobis hodie quoque sit ad futurus. Nam certe quoniam totus hic li-
bet Ecclesiam inter continuas mortes versantem sola Dei misericordia protegi doceat, Deus hoc modo singularem in procuranda illius salute suam prouiden-
tiam nobis obsequios ponit. I. Unde que enim hic videmus Christum afflictiones Ecclesie tanquam suas agnoscere. Ait enim Saulus, Saulus, quid me perse-
queris? Infra, 9. a. 4. c. Præterea, videmus Saranam antiquum Christianum religionis hostem, qui quid artificij habuit hec contulisse, vt nihil de rebus gestis
Apostolorum extaret nisi mendacis apersum, quo suspicunt redderet quicquid de illis diceretur, ac demum totam seculi illius memoriam ex piorum
memoriis deleat. Nam vel delitos homines vel astros subsannatores excitauit, qui suppositis nominibus putidas fabulas spargerent, quarum insulatas si-
dem etiam veris historis abrogauit. Sic libelli qui de Petro & Paulo sub Lini nomine circumferuntur, tam putidas narratas continent ut nihil quam risum
profanum, stomachum bonis mouere queant. Sic fictitia disputatio Petri cum Simone mago tam ridicula est ut de decus afferat nomini Christiano. Idem de-
to a illa farragine sentiendum quae Clementis recognitionib; & conciliis praesertim & citata in Gratiani Rhapsodia, veterum nominum præteriti imperitos
fallunt, ab improbis tanquam oracula superstitione non minus quam impudenter actantur, quom pudendæ sint nra. Hæc mentiendi licentia abusus est
Satan. a. Sed dico in prouidentia piorum fidei & saluti prospicere hoc modo voluisti, c. adeo ut nisi hoc Lucifer monumentum extaret, videbi posse Christus
in celum sublatu, nullum in terris sive mortis aut resurctionis fructum reliquisse. Nam omnia cum eius corpore euauissent. Nesciremus sic receptum
fuisse in celestem gloriam ut in mundo principatum obtineat: nesciremus Euangelij doctrinam Apostolorum ministerio fuisse promulgatum, vt ab ipsis
ad nos, tamen per varias manus perueniret, nesciremus Spiritus sanctus ne quid nisi diuinum tradideret, quo fides nostra firma Dei veritate niteretur. Nescire-
mus denique impli-um fuisse illud Prophetæ vaticinum, quo prædicterat Legem in Sion prouiditam, & verbum Domini in Ierusalem, Esa. 2. a. 3. Harum re-
rum dubitationem quum hic liber ab ipso Spiritu sive controversia profectus nobis eximat, ingentis thesauro loco habendus est. c. Ne quis aurem mire-
tur qui factum sit, vt Lucas historiam Apostolicam non omnem ad finem usque sit persequitus, aut singulorum gesta singulis non descripsit libris, hoc
vnum teneamus, hæc quae libris mandauit, piis omnibus qui animum aduentere volunt, abunde sufficeret.

CAPUT PRIMUM.

PRIOREM quidem sermonem habuimus, o Theophile, de omnibus quae cepit Iesus facere & docere.

PRIOREM QVIDEM SER. I. Continuat Lucas hanc historiam ad suum Euangelium. a. Duos enim libros de Euangelica historia conscripsit. Et quæ hic dicit, præstationis vice sunt ab eo authore præ-
fita. c. Ut autem sibi ad ea quæ Christi ascensum sequuta sunt transiit
faciat, summam eorum quæ priore libro tractauerat colligit, vt hunc cum
illo contexat. b. Priorum autem, quem de vita Christi conscripsit, parti-
tur hic in facta & doctrinam: relata ad id quod circa historiam finem di-
xerat, Christum Prophetam fuisse opere & sermone potentem, Cap. 24. c. 19.
hoc est, qui factus noua minus quam verbis excelleret. Quanquam in hunc
locum & illum, paulum est discrimen. Operum enim potentia, quæ illuc
laudatur, ad miracula spectat: hoc vero facere latius pater nempe ut omnia
comprehendat insignia eius facta, quæ propria erant eius ministerij: in

quibus mors & resurrectio primas tenent. Officium enim Messiae non so-
la doctrina constabat, sed pacificatorem esse oportebat inter Deum & ho-
mines, populi redemptorem, regni instauratorem, authorem & eternæ felici-
tatis. Hæc inquam omnia ut de Messia promissa erant, sic ab ipso expecta-
bantur. Quo ergo hic dicit Lucas ad miracula quidem extenditur, verum
ad ea sola rest ingredi debet. Quod ad Theophilum nomen attinet, quidam
putant amicum quendam Lucum Euangeliographi hoc nomine vocatum fuisse,
& utrumque Euangeli volumen illi dicatum. Alij existimant possum in
genere pro quo Dei amico. r. Theophilus enim, si interpretaris amicum
Dei significat. Ut etsi res habeat, certum est Lucam hoc libro voluisse non
vnum tantum hominem, sed omnes diuinarum rerum studioflos, de iesibus
grauissimis & ad veram salutem in me omniū necessariis docete. c. H. Sed
quomodo Lucas assertus est de omnibus quæ fuit Iesus & docuit, sermonem
pius habuisse. b. r. quum Iohannes Euangelista, fine Euangeli sui dicas.
Sunt & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur per singula, nec ipse (opi-
nor) mundus capere eos qui scriberentur libros? Ioh. 21. d. 13. c. Adhuc
se ab initio operum Christi exorsum dicit. Atqui expositi Christi iustitia
te, mox ad annum duodecimum transiit: ac postquam rediit narravit
illū disputasse in templo annis octodecim silentio transiit.